



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 65. Noaillius Cardinalis atque Archiepiscopus Parisiensis festivis aliorum gratulationibus honoratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. ficta quædam Noailii declaratio fuit  
 A. C. 1728. subrogata: Vefana hæc nebulonum ra-  
 bies, vanique muliercularum conatus  
 nonnificum contemptu explodebantur,  
 ne hi ex saniorum indignatione insole-  
 fcerent, aut se quid hac in re valuisse  
 crederent.

§. LXV.

*Noaillius Cardinalis festiuis gratula-  
 tionibus honoratus.*

Quamprimum Cardinalis literæ com-  
 paruerant, mox ipse datis  
 literis Regem, & Cardinalem Fleu-  
 ryum de sincera sua subiectione cer-  
 tiorem reddidit, cui etiam Ludovi-  
 cus XV. Rex faustissimam hanc sortem  
 gratulatus est, missa ad eum hac  
 epistola.

*Domine Cognate.*

„Mandamentum tuum nuper pu-  
 „blici juris factum tanto me affecit gau-  
 „dio, ut a me impetrare non valeam,  
 „quin meam consolationem Tibi præ-  
 „sentibus hisce commonstrem: Nil un-  
 „quam ardentius desiderabam, quam  
 „ut hac via incederes, nolui tamen Te  
 „ad id urgere, ut tibi soli hæc gloria  
 „esset reservata: Nullus dubito, quin  
 „Deus sua benedictione pia tua con-  
 „filia

„filia sit secundaturus, tuumque exem- Sæc. XVIII.  
 „plum illos omnes, qui hucusque sese A. C. 1728.  
 „paci opposuerunt, ad rectam semitam  
 „revocaturum sit: Certus interim sis  
 „de meo patrocínio & sincero affectu,  
 „Deumque exoro, ut Te in sua sancta  
 „& benigna protectione conservare  
 „dignetur &c.

Eodem autem die trigesima Octo-  
 bris Noallius literas suæ palinodiæ te-  
 stes ad omnes Franciæ Episcopos trans-  
 misit, ad eæta sequenti epistola:

„Nuper a me publicatum ad Te,  
 „Reverende Domine, transmitto *man-*  
 „*damentum*, in eo luculentum plenæ  
 „meæ reconciliationis cum Sacra Sede  
 „& Episcopatu testimonium cum om-  
 „nium, ut spero, satisfactione, repe-  
 „ries: Sanctissimum Dominum nostrum  
 „Papam, Regemque humiliter rogavi,  
 „ut illis scriptis, quæ hinc inde divul-  
 „gantur, ac sinceræ revocationi in meo  
 „mandamento declaratæ contrarian-  
 „tur, nullam omnino fidem adhibere  
 „velint. Ea ex causa id quoque Tibi  
 „significare volui, spe fretus, Te de  
 „mea sinceritate haud dubitaturum,  
 „sicut enim Regia sua Majestas de me  
 „bene sentire dignata est, ita parem  
 „summi Pontificis benevolentiam mihi  
 „polliceor: Gratulor mihi sortem, qua  
 „Tibi, Reverende Domine, affectum  
 „meum

Sæc. XVIII. „meum, quo Te amplector, tibi que  
 A. C. 1728. „immote addictus sum, testificari va-  
 „leo &c. „

His denuo literis Noaillius totam fraudum machinam, falsosque rumores de revocata ejus palinodia sparsos, ejusque nomini maxime injuriosos ipsemet penitus evertit: altius autem ulceri unguem infigi sentiebant Quesnelistæ, dum Sorbonam, a cujus ore paulo ante velut a Delphico oraculo pendebant, ceteris priorem, ductore Honorato Tournelio & Romignyo Syndico ad Archiepiscopale Palatium eo sine contendere cernebant, ut Noaillio ob Constitutionis acceptationem festivæ gratulationis officium redderent: non minus obsequioso animo eundem honorabant Ecclesiæ Cathedralis Canonici, qui non ita pridem Archiepiscopum suum in oppositionis pertinacia imitari certabant: Ex frequentissimo autem omnium pene Episcoporum concursu Noaillius incredibile gaudium concepit; cum enim hi tanto tempore ab ejus confortio segregati fuissent, & cum hoc Archiepiscopo in publicis Ecclesiæ functionibus communicare renuissent, Cardinalis præ lætitia vix a lacrimis sibi temperare poterat, dum remoto schismatis obstaculo unaomnes sibi chari-  
 tatis

tatis vinculo unitos, & sincero affectu reconciliatos experiebatur: Accurrebant etiam gratulabundi Generales Congregationum, Oratorii, Doctrinæ Christianæ, & Benedictinorum: Eadem quoque die Fratrum Mendicantium Superiores, ac ipsi etiam Jesuitæ, quibus Archiepiscopale Palatium per plures annos fuerat interdictum, perorante Patre Tournemine, Cardinali Noaillio gloriosum de se triumphum gratulabantur.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1728.

§. LXVI.

*Ingens summi Pontificis gaudium ob Noaillii palinodiam.*

Quamprimum Benedictus XIII. Papa non modo ex publica fama, sed ex ipsis quoque Noaillii literis compererat, hunc Cardinalem Sacræ Sedi sincera Constitutionis acceptatione reconciliatum esse, mox gaudio exiliens, ad diem octavam Novembris publicum, ut vocant *Consistorium* indixit, ut cunctos Cardinales de tam prospero successu certiores redderet: Congregatis igitur omnibus Purpuratis Pontifex eos his verbis alloquebatur:

„Probe cognitum habetis, Venerabiles Fratres, quanto labore ac sollicitudine Sacra Sedes doctrinæ pu-  
„rita-